

CAPUT XL.

In quibus secularium votis nequeant prelati Pontifices inferiores dispensare? Et quae Pontifici referentur?

SUMMARIUM.

Quae quaestiones disputanda sint? num. 1. Nullum est votum Episcopo referentium, num. 2. Quo ad vota referentia est idem dicendum respectu Episcoporum, & respectu gaudendum jurisdictione episcopali, n. 3. Quae vota sint referentia? Referuntur duplex sententia, n. 4. & 5. Explicatur sententia Auctoritatis, n. 6. An haec referentia sit iure communi inducta, an solo usu? n. 7. An votum conceptus debita incerta in subsidium terra sancta sit referentium? n. 8. Quis de voto assumenda crucis? num. 9. Quid de voto peregrinandi in templum Divae Virginis Lauretanae? num. 10. Quid de votis perpetuis? num. 11. Quid de voto non peccandi? num. 12. Et ibi, an hoc votum sit consuetudinem, & facile in eo dispensandum? An possit augeri numerus votorum referentium ex voluntate? num. 13. An adeo haec vota sint referentia, ut nec Legatus a latere possit in eis dispensare? num. 14. An concessio absoluta omnium votorum extendatur ad vota religionis, & castitatis? num. 15. An alia referentia consentiant tunc concessio? num. 16. An concessio concessa vota religionis, & castitatis, concessio absolute votis referentis? num. 17. An concessio votorum cum exceptione alicuius maioris referentis extendatur ad minora referentia? Referuntur quaedam sententia, num. 18. Explicatur sententia Auctoritatis, & qualiter exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, num. 19. An in contra sola minoribus referentis concessio, consentiant concessio maioris, quando est concessio generalis, cum sola minorum exceptio? num. 20. Quid, si sub hac forma sit concessio, Concedimus omnia vota, etiam castitatis, tacto religionis, vel contra, consentiant utrumque concessio? num. 21. Quid, si concedantur omnia vota, excepto voto castitatis, an intelligatur concessio religionis, vel contra? n. 22. Qualiter excommunicationem incurrant commutantes quingue vota referentia, aut in eis dispensantes? Et explicatur Extravagans, Et si dominici, la 2. de penit. & remis. num. 23. Post num. 23, inveniet alia summaria.

1 Triplex est quaestio disputanda. Prima est: Quae vota Pontifici referentur? Secunda est: Quando Episcopo liceat in eis absolute dispensare, aut ratione circumstantiarum concurrentis, aut ratione materiae promissae deficientis a natura materiae reservatae. Ultima est: Quando haec vota sunt penalia, aut conditionalia.

2 Quaestio prima. Quae vota referentur Romano Pontifici? Id praerendum est, nullum votum referari Episcopo, sed soli Pontifici alicui referari. Quia cum nullus inferior Episcopo, valeat in votis dispensare, nullum votum potest dici referari Episcopo. Sicut ipsi dicuntur aliqua peccata, & censura referari, quia seclera reservatione possent inferiores ab eis abluere. Et ita docent Suarez, t. 2. de religione, tractatu de voto, l. 6. c. 21. n. 1.

3 Et quae reservatione, aut non reservatione votorum respectu Episcoporum dixerimus, sint similiter accipienda respectu praetorum habentium dioecesim, & jurisdictionem quali Episcopalem in ea. Quia c. 38. n. 19. probauimus hos eodem prolixum modo posse in votis dispensare, quo Episcopi possunt.

4 Circa numerum ergo votorum, quae Pontifici referantur, discordant Doctores. Ricardus 4. d. 38. art. 9. q. 2. Et quidam Doctor lib. 3. de conscientia c. 23. prout tacito nomine eum refert Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dubio 13. num. 304. docent sola tria castitatis perpetuae, religionis, & peregrinationis Hierosolymitanae, vota referari Pontifici. Et faucent D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 3. & Hostiensis summa tit. de voto c. 1. n. 39. At quae optime id negant quidam Neoterici docti, & Suarez eodem cap. 21. n. 13. Quod nec ius aliquod, nec consuetudo id probant: & cap. Magnus, de solo peregrinationis voto in subsidium terra sanctae loquitur. Et forte ob hanc causam Nauarrus, in summa Latina eodem n. 78. omisit hoc, quod in Hispana dixerat. Et alii Doctores n. 6. relati illorum solum quingue votorum referentiorum meminere.

5 Alii etiam addunt referari votum assumendae crucis in quilibet expeditione, quae Pontifex fecerit. Ita Hostiensis summa tit. de voto, q. Qualiter, & eius auctoritate numer. 12. versio. Quamvis autem instructus, Henricus c. 1. n. 2. de voto, Avilensis c. 30. num. q. 108. Quod tamen est similis ratione negandum, utpote quod nullo iure, usure probatur. Et ita docet Suarez eodem c. 21. n. 12.

loquentes de peregrinatione Hierosolymitana, Emmano Sa in summa, verbo votum, ubi de voti irratione num. 11. & verbo Inramentum, num. 33. Graffius 1. p. decisum, lib. 2. cap. 31. num. 21. & fatetur Angelus verbo votum 4. numer. 6. valere Episcopi dispensationem in voto huius triplicis peregrinationis non in subsidium emisso, quamvis aequum sit, ut ab ea ablineat. Nec obscure id significat Glossa eo cap. Ex multa, verbo Incumbit, ubi ait, cum Pontifex ibi referret votum in subsidium Hierosolymitanum, videri alia vota Episcopis indigere.

6 Caeterum dicendum est, universali Ecclesiae consuetudine reservatum esse summe Pontifici dispensationem quingue votorum, nempe, religionis, castitatis, peregrinationis Romanae ad limina Apostolorum D. Petri, & D. Pauli i Hierosolymitanae, (quod vocatur ultramarinum,) & Compollanae ad inuendum D. Jacobum. Et quamvis iure sola inveniatur referentia peregrinationis Hierosolymitanae in eius loci subsidium: ad consuetudinem iam extendit, ut sit quoque reservata, quando solius devotionis causa promittitur. Sic colligitur ex Extravaganti Etsi Dominici, la 2. de penit. & remis. ubi excommunicantur Commutantes haec quingue vota abique Pontificia licentia, (quod num. 23. explicabimus) ubi non referantur haec vota, sed supponitur ea esse reservata. Quia ob hanc causam non vult Sixtus IV. Auctor illius Extravagantis, haec vota claudi in clausula generali concessionis votorum, sed peti licentiam specialem Pontificiam, ut ea commutare liceat. Et ideo ita docent Supplemētum Gabrielis 4. d. 38. q. 1. art. ultimo, column. ultima propositio 2. Rosella in summa, verbo votum 5. numer. 2. Sylu. verbo votum 4. q. 3. dicto 4. & 5. Armilla verbo Dispensare, nu. 16. Taberna verbo Dispensatio 9. q. num. 11. Sarsus lib. 7. de iustitia quest. 4. artic. 3. column. 4. versio. Qui sunt autem, Navarr. summa Latina, & Hispana c. 12. n. 75. Aragor. 2. 2. q. 88. art. 12. fol. 104. col. 1. conclusio 2. & folio 104. column. 1. versio. Si quis autem querat, Palacios 4. d. 38. d. 3. col. 33. & 34. fo. 878. & sequenti, Sayro in clavi regia, l. sexto, c. 11. n. 35. & 36. Azor. 1. i. institutionum moralium, l. 11. c. 18. q. 4. & c. 19. q. 3. & Leonardus l. 2. de iustitia, c. 40. dubio 13. num. 104. Manual 2. de iustitia, c. 97. n. 1. & in Bulla cruciata q. 9. n. 104. Sorsus in compendio privilegiorum Mendicantium, verbo votum, in suis adiutoribus, notabili 3. Ang. sorsus 2. p. q. unita de voto 8. difficultate q. conclusio 2. Suarez 2. tomo de religione, tractatu de voto, l. 6. c. 21. n. 4. & 5. Atque votum harum peregrinationum est non sit in subsidium, referantur docet etiam Gregorius Lopez lib. 6. verb. 4. Jerusalem, & verb. 1. Otrav. venetias, tit. 5. part. 1. Et clarè idem sentiunt alii Doctores, qui inter vota reservata referunt absolute, & indistinctè huiusmodi peregrinationem. Hi sunt D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2. Ricardus 4. d. 38. art. 9. q. 2. & ibi Paludanus quest. 4. artic. 4. conclusio 5. num. 43. D. Antonius 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 9. notabili 4. Covarr. de penit. l. p. §. 3. num. 12. Valencia 2. 2. d. 38. q. 6. punto 7. column. 10. versio. Item ut notat, Philivarius de officio sacerdotis, tomo 1. p. 2. lib. 3. c. 22. versio. Quando excusat res parva, Toledo lib. 4. summa c. 18. num. penult. Alcocer summa c. 16. ubi de commutatione votorum, conclusio 1. fol. 57. pag. 1. Per. Leds. 1. 10. summa, tract. 10. cap. 8. ubi tractat qui habeant potestatem dispensandi, in dicto tertio.

7 Nec placet, quod dicunt Aragon, Sayro, Petrus de Ledema ibidem, nempe, iure quoque communi haec quingue vota referari. Nam nullus est in iuretextus haec referans, praeter votum Hierosolymitanum in eius loci subsidium. Nec in ea Extravaganti Etsi Dominici, la 2. referantur. Ut constat ex dicendis n. 23. Necetiam placet, quod docent Sarsus num. praed. relatus, & Azor. tom. 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 19. q. 3. ubi ajunt expressum solum haberi in iure referantur votum in subsidium solum haberi in iure causa ardua ad Pontificem deferenda sunt, cap. Navarres, de Baptismo, & huiusmodi sunt vota religionis, & castitatis ceteri haec quoque tacite in iure referantur. Non (inquam,) placet: quia illic textus nullatenus agit de votorum dispensatione, unde virtute illius non censentur haec reservata. Ut bene docet Suarez eodem c. 21. n. in fine.

8 His votis referentis addunt aliqui votum conventendae debita incerta in subsidium terra sanctae. Probant ex cap. Magna de voto qui textus videtur id significare. Ita tradunt citato Guillelmo, Rosella verbo votum 5. numer. 7. & verbo votum 6. numer. 1. Angelus verbo votum 4. numer. 13. Pisanus verbo votum 5. q. ultima, Sylu. verbo votum 4. quest. 3. dicto 5. Navarr. summa Hispana cap. 12. numer. 78. Sayro in clavi regia, lib. 6. cap. 11. n. 39. At quae optime id negant quidam Neoterici docti, & Suarez eodem cap. 21. n. 13. Quod nec ius aliquod, nec consuetudo id probant: & cap. Magnus, de solo peregrinationis voto in subsidium terra sanctae loquitur. Et forte ob hanc causam Nauarrus, in summa Latina eodem n. 78. omisit hoc, quod in Hispana dixerat. Et alii Doctores n. 6. relati illorum solum quingue votorum referentiorum meminere.

9 Alii etiam addunt referari votum assumendae crucis in quilibet expeditione, quae Pontifex fecerit. Ita Hostiensis summa tit. de voto, q. Qualiter, & eius auctoritate numer. 12. versio. Quamvis autem instructus, Henricus c. 1. n. 2. de voto, Avilensis c. 30. num. q. 108. Quod tamen est similis ratione negandum, utpote quod nullo iure, usure probatur. Et ita docet Suarez eodem c. 21. n. 12.

10 Alii

10 Alii addunt referari votum peregrinationis in templum Beatae Virginis Lauretanae. Ita Navarr. commentar. 1. p. 21. de reg. Sorsus relatus n. 6. Henricus lib. 7. de indulgentiis, c. 30. n. 6. in commenta, lit. A. in fine, Manual in Bulla Cruciatæ q. 9. n. 104. Hi omnes desumuntur ex Navarr. qui tamen nullo iure, aut consuetudine id probat. At forte ducitur ratione alicuius privilegii, quod templum id habeat. De quo nobis non constat. Vel quia (ut fertur) id votum reservatum fuit in diplomate cruciatae ann. 1562. quod etiam nunc probat. Tum quia iam in aliis Bullis nundam quam jam referantur. Tum quoque quia illa reservatio non erat generalis, sed virtute solius eius Bullae, & ideo dicendum est id votum non esse reservatum. Quod docent Azor. tom. 1. institutionum moralium, lib. 12. c. 18. q. 4. & c. 19. q. 3. in fine, Suarez eodem c. 21. n. 14.

11 His videtur alii addere omne votum perpetuum, dicuntque Pontifices esse in votis perpetuis dispensare, episcopi autem in temporalibus. Sic D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 6. corpore, & q. 185. art. 4. in fine corpore, & q. 189. art. 7. in fine corpore, Et 4. d. 38. q. 1. artic. 4. quest. 2. corpore. Quem quidem conantur explicare, ut intelligatur de votis, quae suapte natura sunt perpetua, qualia sunt castitatis, & religionis. Quamvis enim alia possint quoque esse perpetua, vel per accidens contingit. Et dum temporalia episcopis concedit, intelligendus quoque est praeter votum triplicis peregrinationis Pontifici reservata. Ita illum explicat Gratianus, 2. 2. q. 88. art. 12. dubio penultimo, circa solutionem ad 3. Sylvest. verbo votum 4. q. 3. dicto 6. in fine, Taberna verbo Dispensatio, q. 9. n. 11. in fine, Armilla verbo Dispensatio, n. 16. Sarsus lib. 7. de iustitia, c. 18. q. 1. art. 3. in solutione ad ultimum, Palacios 4. d. 38. d. 3. col. 33. versio. Sarsus tam. n. 1. fol. 880. d. 2. q. 88. art. 12. fol. 1042. col. 2. concl. 2. Leonard. lib. 2. de iustitia, c. 40. dubio 13. n. 104. Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 11. n. 43. & 44. Azor. tom. 1. institutionum moralium, lib. 11. c. 18. q. 4. Enriquez lib. 7. de indulgentiis, c. 30. n. 6. in commenta, lib. D. Verum displicet haec expositio. Quia votum sacerdotii admissum, & non nubendi, sunt suapte natura perpetua, cum tamen in illis posse episcopum dispensare, dicimus in hoc capite. Quare melius explicat illum Suarez, tom. 1. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 21. n. 10. Ut intelligatur de reservatione quasi intrinseca, & petita quasi ex natura gravitatis materiae, & sic sola vota perpetua, & omnia, quae vel consuetudine statam perfectionis, vel ad illud tendunt, qualia sunt votum tacitum emittum ab episcopo in assumptione muneris, non detendenda ecclesiae, quod appellat solemne D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 7. in fine corpore, & vota religionis, & castitatis, referantur Pontifici. Et ita ibi, dixit: Verum religio, & alia huiusmodi vota perpetua, ubi non de omnibus votis perpetuis, sed similibus illis loquitur. Et non tripliciter alio citat loco citat loquitur de voto episcopi suapte natura ad episcopum. Quippe reservatio pertinet ad reservationem temporalem non tam ex inquam, ratione cuius est opus specialis mentione, nec fat generalis concessio. Cum ergo omnia quingue vota sint vere reservata, non clauduntur in ea concessione generali, praeterea quia Extravagans, Et si Dominici, la 2. de penitentia, & remissione omnia quingue vota in hoc aequiparant, ut indigeant speciali Pontifici licentia, ut commutentur, vel in eis dispensentur. Quae est nunc non obliget, ut dicemus num. 23. at ut diximus num. 6. supponit primum eorum votorum reservationem, & ea supposita aequiparant illa quo ad huius specialis licentiae necessitatem.

12 Rufus alii his votis addunt votum non peccandi, imò illud nullius dispensationis, aut commutationis subici traditur. Ita Cajetan. in suis quodlibet tom. 2. tract. 11. qui est de voto, q. 1. Idem videtur sentire Glossa c. 1. verbo Re-compensatio, de voto, & ibi Hostiensis n. 1. Ant. n. 7. Avilens n. 5. Henricus nu. 5. Item Hostiensis summa tit. de voto §. Qualiter, & eius auctoritate n. 12. versio. Sic patet quod auctoritate episcopi, Avilensis cap. 30. num. q. 103. Lex regia 4. tit. 8. p. 1. Supplementum Gabrielis 4. d. 38. q. 1. art. 5. ubi de voti redemptione, & commutatione, paulo ante versiculum, Circa dicta oritur dubium, lit. T. in fine, Graffius 1. p. decisum, lib. 2. cap. 30. nu. 1. ubi dicitur episcopum in solis votis voluntariis dispensare posse, id est, in votis de rebus, quae ante votum voluntariae erant. Et de commutatione potest probari, quia debet fieri in aequale, at non est aequale Dei obsequium, ac abluere peccatis. Et de utraque probatur, quia nulla potestelle humana potest auferri obligatio non peccandi, omnino tenendum est, huiusmodi vota subiacere dispensationi, & commutationi Episcoporum. Quia per dispensationem, & commutationem, non auferuntur obligatio non peccandi, nec illa commutatur, sed sola nova voti obligatio superadditur, quae est quid superadditur religionis irritare in suis religiosis. Ut diximus n. 23. num. 7. & sic subduntur potestati dominicae ad illa irritanda. Ergo, & spirituali praetoribus neutra potest, ad dispensandum, & commutandum. Siquidem neutra potest obligationem vitandi peccata auferre: Atque ita docent Sarsus lib. 7. de iustitia, q. 1. art. 3. col. 9. versio. Tameñ non verum fatetur, Navarr. summa Latina c. 12. n. 65. Hispana c. 12. additio ad eundem num. & lib. 3. consil. tit. de voto, in priori editione, consil. 16. n. 2. & consil. 22. num. unita: in posteriori, consil. 36. num. 2. & consil. 42. num. unita. Motina de rebus, q. 8. §. Occurrit hic casus quidam, versio. E contra vero, Azor, tom. 1. institutionum moralium lib. 11. c. 14. q. 4. versio. Quare in super, Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 11. n. 39. Graffius 1. p. decisum, lib. 2. c. 31. n. 30. & 31. Leonardus lib. 2. de iust. c. 40. dubio 13. nu. 105. Ben in suis responsis p. casu 9. in ordine, qui habetur fol. 81. & est primus ex propositis in congregatione habita feria 3. die 29. Martii, in fine. Nec credo Doctores in contrarium relatos, praeter Cajet. tenere

oppositum, sed solum sentire non posse auferri eam praecipue obligationem. Imo optime tradunt Sorsus & Sayro ibidem, facile esse in his votis dispensandum, & vix ea consuetudine, nisi quando vovens est prudens, & constans, proclivisque ad aliquod malum grave: atque prudenter iterum fore, ut voto emisso ablineat ab illo. Qualiter autem pensanda sit aequalitas boni, in quod haec vota commutantur, dicemus in tractatu de commutatione.

13 Tandem hic votorum referentiorum numerus augeri nequit ex vovens voluntate, quantumvis enim ille intendat, & promittat nullum posse in suo voto dispensare praeter Pontificem, poterit adhuc Episcopos. Quia nullus inferior potest sua voluntate arcere superioris potestatem. Et docet Suarez, tom. 2. de religione, tractatu de voto lib. 6. c. 21. n. 15. Et nos late egimus hoc lib. 4. c. 8. & videnda sunt ibi notata circa huiusmodi vota.

14 Praedicta autem quingue vota sunt adeo Pontifici reservata, ut nec Legatus a latere abique speciali Pontifici privilegio possit in eis dispensare. Quia Legatus a latere in solis votis episcopo concessis dispensare potest. Ut probavi lib. 8. de matrimonio, disp. 9. n. 25. Et in propriis terminis loquentes de voto Hierosolymitano in eius loci subsidium, tradunt Abbas 2. Ex multa, n. 4. de voto, Angelus in summa verbo, votum 4. n. 6.

15 Atque tantam vim habet haec reservatio votorum religionis, & castitatis, ut nunquam in generali votorum omnium indulto consentiant concessa, nisi exprimentur. Quod constat ex dicendis num. sequenti. Et ita tradunt Sorsus lib. 7. de iust. q. 4. art. 3. in fine corpore, Manual 2. tomo summa c. 97. nu. 1. consil. 1. Enriquez lib. 7. de indulgentiis, c. 30. n. 6. in commenta, lib. D. Suarez tom. 2. de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 25. n. 3.

16 De aliis autem tribus peregrinationum votis reservatis, asserunt Sor. & Manuel ibidem, quos secuti lumus lib. 8. matrimonia, disp. 9. n. 2. non esse idem dicendum, sed comprehendit sub ea clausula, nisi expresse exprimentur. Quia horum reservatio non est adeo antiqua, & ardua, ut primum. At placet idem dicendum de illis, nempe, non claudi in ea concessione generali, nisi exprimentur. Quod docet Suarez eodem c. 25. nu. 3. Nam c. De penitentia, & remissione, in sexto tradit Pontifex hanc regulam, ut sub generali concessione non veniant casus reservati, sed aliqua specialiter expressione indigeant. Nec vales, si dicas textum loqui de sola concessione eligendi confessoris, in qua nulli casus virtute clauduntur, praeter generales concessos omnibus confessoribus. Quia Glossa ibi paulo post principium, explicat de facultate eligendi confessoris alicui concessa, quia postea ab omnibus peccatis absolvetur. Et id apparet ex positione, quam tradit textus, quae est, quod in generali concessione non veniant, quae non esset quis generaliter in specie concessurus. Cui consonat regula, in generali 81. de reg. iuris, in sexto. Ex quo textu facti colligitur ratione reservationis contrarij quaedam gravitatem specialia nota dignam, ratione cuius est opus specialis mentione, nec fat generalis concessio. Cum ergo omnia quingue vota sint vere reservata, non clauduntur in ea concessione generali, praeterea quia Extravagans, Et si Dominici, la 2. de penitentia, & remissione omnia quingue vota in hoc aequiparant, ut indigeant speciali Pontifici licentia, ut commutentur, vel in eis dispensentur. Quae est nunc non obliget, ut dicemus num. 23. at ut diximus num. 6. supponit primum eorum votorum reservationem, & ea supposita aequiparant illa quo ad huius specialis licentiae necessitatem.

17 Quod si vota reservata, abique aliqua declaratione, aut restrictione, sed absolute alicui concedantur, clauduntur utique omnia quingue. Quia satis exprimentur, explicitum ab omnibus peccatis absolvetur illius indigent specialiter expressione, nec iure, aut consuetudine indultum sit, ut specialiter mentio desideretur. Sic tradit Suarez, eod. c. 25. n. 5.

18 Et Pontifex concedente omnia vota, praeter votum castitatis, & religionis, asserunt quidam conferi concessa vota triplicis peregrinationis reservata. Quia est in concessione nulla sit mentio reservationis, at extra quod duplici voti reservati gravioris, firmat regulam in contrarium in aliis votis non exceptis, quae abique dubio sunt minora, & multo facillioris dispensationis. Et fieri dicitur concessis votis praeter Hierosolymitanam, ceteri concessum votum reservatum alius duplicis peregrinationis: utpote quod etiam est minus grave. Ita Suarez eodem cap. 25. num. 7. Et constat, quia per jubileum, in quo solent concedi omnia vota, praeter religionis, & castitatis, dicunt omnes concedi votum triplicis peregrinationis reservata. Et in Bulla Cruciatæ conceduntur omnia vota praeter ea duo, & Hierosolymitanum, & nullus dubitat concedi alios duas peregrinationes reservatas. Cum tamen in neutro indulto sit mentio reservationis, sed ratione illius exceptionis id colligunt Doctores.

19 Caeterum magna est difficultas in ratione tradita pro hac sententia. Nam ea regula exceptio firmat regulam in casibus non exceptis: quae delimitur, ex c. Dominici 32. quest. 7. & ex capite secundo de coniugio desponsorum, intelligitur de casibus non exceptis, qui ea non apposta, clauderentur sub regula. Ut cum multis Doctores per eum, & per

Reservatum in suis votis, loco ab exceptione ad regulam, nu. 2. scilicet tenet late probans, & solvens contrarias rationes, *Covarr. lib. 2. variarium c. 5. n. 7.* Idem cum aliis per eum allegatis tenet *Mores de majoratu, in prior editione l. p. q. 22. nu. 2.* At ubi illa clausula generalis concessionis omnium votorum, nullum reservatum clauderet non apposita ea exceptione, ut nu. 16. diximus. Ergo ea exceptio votorum reservatorum digniorum apposita, non efficit ut reservata minus digna claudantur, quae alias minime clauderentur. Et confirmatur quia est ratio hujus restrictionis. Nam exceptio non apponitur ad ampliandam regulam, sed ad eam restringendam *lib. 1. ff. de regulis juris.* Ergo fieri non potest, ut virtute exceptionis amplietur regula ad casus sub ea alias non comprehendendos, *l. Legata inutiliter ff. de legat. 1.* Quae ratio aequae prodest in hoc casu. Ceterum placet opinio tradita *num. praeced.* Et fortius eius fundamentum est, sic communi usui, & consensui Doctorum, esse explicitam id indulgentiam Bullae, & Jubilei, ut ad ea vota reservata ibi non excepta, extendatur, attentata Pontificis mente, qui plene indulgere voluit in his privilegiis. At probabilis est etiam ratio ista dicta *num. praeced.* Quia contraria opinio est communis, ut fatetur *Covarr. lib. 1. ff. de regulis juris. c. 9. referens pro ea Covarr. num. 3. Claudi. Tiraquellum, Alexandrum.* Et eandem tenent *Lapsi, Dominicus, Inula, Jaso,* quos refert, & sequitur *Everardus ea loco ab exceptione ad regulam, nu. 3. & Dorsius lib. 1. nu. 24. c. 29. ff. de regulis juris.* Quae sententia aie exceptionem regulariter non ampliari regulam ad casus, qui ea non apposita, non clauderentur sub illa, at hoc fallere, quando exceptio illa, si omnia foret, non clauderetur sub regula, tunc enim ea apposita illam ampliat ad casus similes, est ea non adjecta, non essent sub regula claudendi. Quod in hoc casu contingit, nam illa castitatis, & religionis votorum reservatorum exceptio, si omnia foret, non clauderetur in generali omnium votorum concessione. In ea enim non censentur haec vota concessa. Ut diximus n. 15. Et ideo ea apposita extendit concessionem illam ad alia vota similis reservatione affecta, ut illa censentur tunc concessa, quae seculis illa exceptione, non venient in ea generali concessione. Et ratio hujus est, quia si exceptio non haberet hunc effectum in hoc casu, esset proflua inutilis, & nil operaretur, cum ea non expressa, excepta manerent illa vota, nec in ea generali concessione venirent. Praeterea quia nisi efficeret, ut reliqua vota reservata clauderentur tunc in ea concessione, exceptio non esset de votis contentis in regula, & sic esset inepta. Vt si sic quispiam diceret, *omnis homo praeter equum currit.* Dixit autem hanc partem tantum probabilem: quia utriusque rationi satis bene responderet *Covarr. pro priori parte relatus.*

20 Si tamen e contra a generali votorum concessione exceptantur vota minor reservata, non censentur concessa majora. Ut si Pontifex concedat dispensationem, aut commutationem omnium votorum, praeter vota triplicis peregrinationis reservata, non censentur concessa majora reservata, quae sunt castitatis, & religionis. Quia exceptio minorum votorum arguet mentem Pontificis, esse denegare a fortiori majora. Atque ita tradunt *Sotus lib. 7. de justitia, quest. 4. art. 3. in fine corporis, Suarez eod. cap. 25. num. 7.* Quae ratio ab utroque tradita probat idem dicendum, quavis Pontifex concederet reservata praeter aliqua minor, tunc enim non censentur concessa majora, sed aequalia, aut minor reservata exceptis. Si tamen nullum esset reservatum aequale, aut inferius exceptis, censentur tunc concessa similia majora, non autem dissimilia. Ut si Pontifex concederet reservata praeter peregrinationem Romanam, & Compollitanam, censentur concedere Hierosolymitanam, quae est exceptis similis, quavis major sit: non tamen censentur vota religionis, & castitatis concessa, quae multo majora sunt, & dissimilia exceptis. Si autem concederentur reservata praeter illam triplicem peregrinationem, tunc censentur concessa vota religionis, & castitatis. Quia alias concessio esset mendosa, & mendosa, cum nullam reservatum concederet. Nec est, cuius dicitur alterum horum solum concedi: quia sunt aequalia quae ad reservationem, aut serae aequalia. Ut bene ait *Suarez eod. cap. 25. num. 8.* Et eodem modo semper reservatur.

21 Quod si Pontifex concederet omnia vota etiam castitatis, tacito voto religionis, vel e contra, etiam religionis, tacito voto castitatis, concessio esse intelligenda, ut sonat: atque ita intelligeretur solum concessum votum, quod exprimitur ex illis duobus. Quia cum sint aequalia, aut serae, neque ex unius concessione inferri ad alterius concessionem. Et praeterea, quia majus esset utramque, quam alterum concedere. Ita *Suarez eod. c. 25. n. 8.* Quae ratio idem concludit, etiam admitteret in illa concessione, & concedimus vota reservata etiam castitatis. Et. At in utroque contendendi modo, sive flos vota concedantur, sive concedantur vota reservata, addita ea parte, etiam religionis, aut ea, etiam castitatis, credendum concessio vota minor reservata, nempe, triplicis peregrinationis. Quia natura illius particulae implicativae, etiam, est impotare idem esse in casibus minoribus. Ut probat *Everardus loco a natura distinctionis implicativae.* Ut si Pontifex concederet alicui absolvere posse a censuris, addendo etiam a censura ob haerese contra, nullus dubi-

taret concedi absolutionem ab omnibus aliis excommunicationibus reservatis.

22 Si autem concessio sit sub hac forma, *concedimus omnia vota excepto voto castitatis, vel excepto religionis, censetur concessum alterum illorum non exceptum.* Quia exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis. Ut explicuimus n. 19. nec est aliqua ratio, cur cogamur restringere privilegium, ut excepto uno censetur alterum exceptum. Atque ita bene docet *Suarez eod. c. 25. nu. 10.* ubi latius id probat. Quare a fortiori dicendum est censeri tunc concessa vota inferiora triplicis peregrinationis reservata, juxta dicta n. 18.

23 Demum est observandum, Sixto IV. in *extragavanti, Essi demitici, lib. 2. de panis, c. vltimo, tulisse excommunicationem Pontificis reservatam contra commutantes abique Ipe-ciali Pontificis licentia quingue praedicta vota reservata. At non fuit ea excommunicatio generalis, sed adversus eos solos, qui virtute facultatum ab ipsomet Sixto IV. concessarum commutarent. Quare illam non incurbant commutantes virtute alterius, aut nullius privilegii. Constat ex illis verbis, *Praxerunt facultatem hujusmodi concessuram a nobis, aut dimittere vestra.* Nec obstant ea verba, quae statim addit: *Et quos quomodolibet concessi continer postea.* Quippe sub-intelligi debet progenem, a nobis, quod immediate praecederat: semper enim loquitur de facultatibus a se usque tunc concessis, aut in posterum concedendis. Atque ideo ita tradunt *Angelus in summa, verb. Excommunicatio 5. casu 31. Sylvest. verb. Excommunicatio 7. excommunicatio 32. nu. 77. Navarr. summa Latina, c. Hispana c. 12. n. 75. c. 27. n. 105. Ludovicus Lopez 1. p. infrascriptis conscientia c. 49. in initio, Oran-dus 4. distinct. 38. disp. unica, propositio 26. in fine, Suarez tom. 5. in 3. p. disp. 22. sectio. 5. n. 28. Sayro de censuris lib. 3. c. 30. n. 14. c. in clavi regia, lib. 6. c. 11. n. 38.* Quare jure optimo, ut bene dicit *Navarr. c. nu. 105. Sayro utroque loco, Suarez ibidem hodie nil, aut parum conset ea excommunicatio. Quia facultates nullae, aut rarissime Sixti IV. extant. Si tamen, ut ait bene *Suarez ibi,* aliquis adhuc conservasset aliquod illius Pontificis privilegium, & virtute illius commutaret aliquid ex praedictis quingue votis reservatis, incureret hanc excommunicationem. Quavis autem omnes praedicti Auctores loquantur indifferenter de votorum eorum commutatione, & dispensatione ad incurrendam eam censuram: bene advertit *Sayro c. 11. n. 39. c. 40. de sola commutatione esse ferromem in ea extravaganti, & ideo non extendi ad dispensationem in illis votis. Quippe est haec major sit, non est extendenda poena.***

SUMMARIUM.

Dupliciter potest censeri haec vota non esse reservata, n. 24.
An haec reservata sit castitas, & restringenda? n. 25.
An quando est dubium, aut sint diverae opiniones circa horum votorum reservatorum valorem, possit Episcopus in illis dispensare? n. 26.
Quid, quando a personis potestati dominative alterius subiectis emissa sint, ita ut ab illis irritari possint, an possit Episcopus in illis dispensare? Reserretur quaedam sententia, n. 27.
Explicatur sententia Auctoris, n. 28.
Quid, quando est magna frequentia emittendi haec vota? n. 29.
Quid, quando haec vota reservata sunt metu emissa? Reserretur quaedam sententia, n. 30.
Explicatur sententia Auctoris, n. 31.
An possit Episcopus in voto castitatis, ac religionis dispensare, quando necessitas periculi incontinentia occurrit, nec est aditus ad Pontificem? aut etsi sit aditus, est magnum incontinentia periculum? Reserretur duplex sententia, n. 32. c. 33.
Explicatur sententia Auctoris, n. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. explicatur c. Veniens, qui clerici vel voventes.
An idem licet in casu necessitatis in triplicis peregrinationis reservata votis? n. 37.
Quid, si in his necessitatis casibus sit recursus ad Nuntium Apostolicum, aut ad alium habentem delegatam dispensandi in eis potestatem? n. 38.
Quid, si Episcopus possit supplere pauperem eorum, cum quibus est in his votis dispensandum in eo necessitatis casu? n. 39.
An ea dispensatio ratione necessitatis concessa deserviat ei solus, quem necessitas postulat? n. 40.
Traditur regula ad sciendum, quando dispenset Episcopus in reservatis, distincta materia, n. 41.
An quando votum est dispensatum votum reservatarum, aut rei reservatae, & non reservata possit Episcopus aut electivum materia reservata, dispensare in eo voto? n. 42.
Quid post electionem materia reservata? n. 43.
Quid, quando materia reservata eligat ratione impotentia implendi alteram partem non reservatam? n. 44.
An quando votum reservatum possit Episcopus in hac dispensare? Reserretur quaedam sententia, n. 45.
Explicatur sententia Auctoris, c. ea regalia, Subrogatum sapit naturam eius, cuius loco subrogatur, n. 45.
An, quando votum voluit hic votis se obligare ad solum culpam venialem, aut ad solum poenam, possit Episcopus in illis dispensare? n. 47.
An possit Episcopus dispensare in voto temporali castitatis? n. 48.

Quid,

Quid, si promittatur castitas usque ad aetatem centum annorum? num. 49.
Quid de voto castitatis conjugalis servanda? num. 50. Et ibi quid, quando id votum est adnexum statui religioso equitum ordinis militaris?
Quid, de voto quo alter coniux absque alterius licentia, sive cum illa promissit se non petiturum abiturum? Et quid, quando uterque ex licentia alterius, aut absque illa id votum emisit; aut quando uterque communi consensu promissit se nec petiturum, nec redditurum? nu. 51.
Quid, quando alter coniux absque alterius licentia castitatem vocat? nu. 52.
An saltem possit Episcopus dispensare cum hoc adpetendum debitum sive ante matrimonii consummationem, sive postea illud emisit? nu. 53.
An quando cum licentia alterius coniugis alter solus continentiam vocat, possit Episcopus in hoc voto dispensare? nu. 54.
Quid, quando uterque coniux continentiam vocat absque alterius licentia? nu. 55.
Quid, quando uterque secusum continentiam vocat habita alicuius coniugis licentia, non tamen per modum contractus? nu. 56.
Quid, quando uterque communi consensu per modum contractus? nu. 57.
An dispensatio in hoc casu sit ad solum debitum petendum, & an possit tunc dispensare, ut soluto eo matrimonio coniux superius alicuius matrimonium inest? num. 58.
An si de facto inest, possit Episcopus dispensare ad petendum debitum? nu. 59.
Quid, si id votum communi consensu fuit ad tempus, vel cum aliqua exemptione, aut conditione? nu. 60.
Quid, si illi coniuges volent ad matrimonium remittere sibi partem? nu. 61.
An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum cum eo, qui post votum castitatis matrimonium inest? Reserretur quaedam sententia, n. 62.
Explicatur sententia Auctoris: Et an si soluto eo transierit ad aliud matrimonium, sit opus nova dispensatione ad petendum debitum? nu. 63.
An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum cum coniuge habente votum religionis, vel ad reddendum, quando noudum est matrimonium consummatum, aut quando eo consummato est licitum divorcium? nu. 64.
An possit dispensare in voto virginitalis servanda? nu. 65.
Quid de voto non inveniendi matrimonii etiam si sit in favorem tertii? nu. 66.
Quid de voto non fornicandi, aut abstinendi a certo actu venereo? nu. 67.
Quid, si plura vota verum pertinentium ad castitatem emittantur, ex quibus omnibus reservata castitas promissa conjugis? num. 68.
Quid de voto assumendi ordinis sacri? nu. 69.
Quid de expresse promittenda castitatis voto? nu. 70.
Quid de voto religionis non approbate, & assumendi habitus beatorum? nu. 71.
Quid de voto paupertatis, & obedientiae emitti in ea, aut in seculis? nu. 72.
Quid de voto religionis ordinum militarium? nu. 73.
Quid de voto ingrediendi strictiorem religionem, ad ingrediendum laxiorem? nu. 74.
Quid de voto perseverandi in religione? nu. 75.
An possit dispensare in differenda executione voti reservati, ut religio sit? nu. 76.
An possit dispensare in tribus peregrinationibus reservatis, non in eorum locorum devotionem emitti? nu. 77.
An possit in modo peregrinandi, ut si quis promissit pedibus, aut mendicando ire, ut eat equo, aut non mendicando? nu. 78.
Quid de voto non petenda ab alio dispensationis, nisi a Papa? nu. 79.
An in dubio, an votum sit reservatum, presumatur tale? num. 80.
Post nu. 80. invenies summaria, quae desiderantur.

24 **Quaestio secunda.** Quando liceat Episcopo dispensare in votis reservatis absolute emissa, aut ratione circumstantiae concurrentis, aut ratione materiae promissae de-terminatae a natura materiae reservatae? De qua questione late est *cap. lib. p. de matrimonio, dispensatione 9. c. 10. c. 11.* et ideo brevitati dicam, quae ibi latius tradavi, remittendo illud probationes, & Auctores, & addendo aliqua. Dupliciter potest contingere posse Episcopo dispensare in votis reservatis. Priori modo, quando reservatur praedicta materia, & obligatio voti reservati, at ratione circumstantiae concurrentis est tunc licitum. Ut si est votum perfectum religionis, aut perfectae castitatis, ut concurrit impotentia aedundis Pontificis. Posteriori modo, quando materia promissae deficit a natura materiae reservatae, ut si promittatur castitas ad tempus, vel pars castitatis, ut non fornicari. Et ideo duplex erit tradenda difficultas, prior de priori modo: posterior de posteriori.

25 Atque ad utramque enodandam est quoddam fundamentum praemittendum. Scilicet reservatione esse integrum Episcopo dispensare in suis dicecibus, in omnibus votis, sicut Pontifex in toto orbe: at ratione reservationis nequeunt in quingue votis reservatis Papae. Hoc probavi *lib. 8. de*

*matrim. disp. 9. num. 3. & ultra Doctores ibi sumos, teneo Martinus de Leseima 2. p. 4. qu. 24. art. 1. ad finem, Palacios 4. disp. 38. disp. 3. column. 38. vers. Quod si iustus, fol. 881. Suarez tom. 2. de religione tractatu de voto, lib. 6. cap. 21. num. 1. Gratia 1. p. decisum, lib. 2. c. 31. num. 21. Aragon. 22. quest. 88. ar. 12. fol. 1042. columna 1. conclusio 1. Manuel 2. tomo summa c. 100. num. 3. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 4. dubio 13. num. 103. Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 11. num. 48. Petrus de Leseima 2. tomo summa, tract. 10. c. 3. dubio 7. c. 8. in tertia parte, in qua tractat, qui possunt in votis dispensare, in secundo disto. Ex quo deducitur dispensationis hujus reservationem esse odiosam, & restringendam. Quod ordinariae Episcoporum potestati derogat. Atque ita tradunt *Sotus lib. 7. de iustitia, qu. 4. art. 3. columna 5. vers. Ex his fit consequens, Leonardus 10. dubio 13. n. 106. casu 7. Sayro eodem nu. 48. Suarez eodem nu. 1. Petrus de Leseimodem c. 3. dubio 7.**

26 Hoc supposito est prior difficultas. Quando servata perfecta voti reservati materia, liceat Episcopo in illa dispensare ratione circumstantiae alicuius concurrentis? Ad hoc enodandum regulae aliquae solent dari. Prima regula est. Quoties de voti valore fuerit morale dubium, five sit dubium juris, five facti, & five sit negativum propter circumstantias, quae non sufficiunt ad determinandum iudicium, five sit positivum ex opinionibus probabilibus contrariis, id votum consequenter materiae reservatae, non est reservatum, sed potest Episcopus in eo dispensare: & hoc est verum, quanyvis id dubium non sufficiat ad excusandum voventem a voti obligatione. Ratio est, quia cum dispensationis reservatio sit odiosa, est restringenda ad casus certos, ubi enim non comprehenderetur sub reservatione. Ut probavi *lib. 1. hujus tractatus c. 10. num. 74.* Hanc tradit *Suarez tom. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. c. 26. nu. 6.*

27 Secunda regula traditur ab aliquibus. Quando vota reservata emittuntur a personis dominative alterius potestati subiectis, ita ut ab illa potestate irritari valeant, si non irritetur potest Episcopus in illis dispensare. Hanc tradit *Gutierrez qu. canonica, lib. 2. c. 22. nu. 49.* Ducitur, quoniam si pater, vir, dominus, possidet in huiusmodi subditis vota haec irritare, a fortiori integrum erit Episcopo in eis dispensare.

28 At hanc regulam reprobari *lib. 8. de matrimonio, disp. 9. num. 4.* Et eam reprobat *Suar. eodem c. 26. n. 3.* Quia cum haec potestates sint diverae, diversisque principis innituntur non bene ex una ad alteram argumentum ducitur. Praeterea quia Pontifex reservatione sua minime intendit derogare potestati dominativae, cui irritatio innititur: quod iocus est de potestate dispensandi.

29 Tertia regula traditur ab aliis. Quoties vota reservata solent frequentissime emitti, potest in eis Episcopus dispensare. Hanc videtur tenere *Enriquez lib. 7. de indulgentiis, cap. 30. num. 6. in commento, lib. 4. c. 17. adhibens candelabro sacramentorum 3. p. c. 14. num. 56.* dicentes enim posse Episcopo dispensare in votis penalibus rei reservatae, afferunt hanc rationem. Quia frequenter ea vota emittuntur a personis junioribus, & Episcopus potest dispensare in casibus communiter accidentibus. Ut tradunt *Cajetan. 1. 2. q. 97. art. 4. Sotus lib. 1. de iustitia, q. 7. art. 3. & multi alii.* Sed haec frequentia potest intelligi de frequentia transgrediendi voti, & de hac dicemus in num. 32. At potest intelligi de frequentia emittendi haec vota. Et tunc non est vera haec regula, & optime eam impugnat *Suarez eod. c. 26. nu. 7.* Quia doctrina illa, cui innititur, traditur a Doctoribus illius, de solis legibus ecclesiasticis latitis generaliter, & absque ulla reservatione: atque ea non innititur frequentiae, seu multitudini legum, sed frequentiae occasionis, & necessitati non servandae legis, & subinde in illa dispensandi, ne cogantur homines aut illam transgredi, aut cum magna difficultate eam servare. Quare haec doctrina nequit votis reservatis applicari, quae non ignarus frequentiae eorum sibi Pontifex reservavit. Praeterea, quia est impedimentum iure ecclesiastico matrimonium dirimentia sint frequentissima, nullus aut posse Episcopo in legibus ecclesiasticis illa statuentibus dispensare.

30 Quarta regula solet tradi. Quoties haec vota emissa sunt metu levi per injuriam incusis ad extorquendum votum, qui ad ea irrita reddenda non sufficiunt, potest Episcopus in eis dispensare: nec reservatio intelligitur in hoc casu. Hanc communiter probant Doctores illius *ex cap. Vni-versi, qui clerici, vel voventes.* Eam tradunt *Angelus verb. Votum 4. num. 9. Tavena verbo Dispensatio, quest. 9. num. 11. Navarr. summa Latina, c. Hispana c. 12. num. 69. Manuel 1. tomo summa, in 2. editione c. 243. conclusio 14. numer. 14. Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 15. num. 8. Leonardus lib. 2. de iustitia c. 40. dubio 13. num. 106. Sed hanc regulam impugnat *Suarez eodem c. 26. num. 4.* Quia involuntarium in eo voto reperitur est secundum quid: quod si sufficeret, ut cessaret reservatio, cessaret etiam in votis emissa in periculo mortis, & naufragii, in quibus idem involuntarium reperitur, nec injuria addita per illum metum confert aliquid, ut cesset reservatio. Et *num. 5.* dicit *idem Suarez regulam esse veram in votis reservatis metu cadente in virum constantem emissa, quando metus est incusis ad extorquendum votum. Duciturque ex regula prima tradita numero vespino sexto, nam est ipse sentiat vota eo metu emissa esse valida: at est pro-**

bbi.

habile oppositum: & ideo iuxta illam regulam potest Episcopus dispensare, tamquam in votis, quorum valore est sub opinione.

31 At verior est regula tradita ab aliis Auditoribus: nam quando metus est cadens in virtum constantem, nulla est opus dispensatione, quia communissima, & verior opinio ad vota esse irrita. Ut probavi huc lib. 4. cap. 3. Dubitatur autem, non ex cap. Veniens, is enim textus cum regulam non probat. Ut dicam numero 35. Sed quia id involuntarium secundum quid reperitur in eo voto, non quomodocumque, sed per injuriam, minuit notabiliter rationem voluntarii, & voti: ac proinde non censetur Pontificis voluntarii, sed per injuriam illam lovens, reservare hujusmodi vota: quoniam sunt facillime dispensationis. Præterea quia cap. 3. diximus esse probabile vota eo metu levi facta esse irrita: & ideo habet eorum regulam tradita à numero 26.

32 Ultima regula est. Quando magnum incontinentiæ periculum imminet, nec est facilis aditus ad Pontificem præ paupertate, vel alia causa, potest Episcopus dispensare in voto religionis, & castitatis. Hanc negant Manuel in Nulla cruciata §. 9. dubio 1. quod movet circa votum castitatis num. 178. Sayro in clavi regis, lib. 6. c. 11. num. 53. in fine, Ludovico Lopez 2. p. instructioni conscientia ubi de clavius c. 9. eadem penult. ubi excipit remotissimas Indorum partes.

33 Alii autem in alio extremo ajunt posse Episcopus dispensare in voto castitatis ex animi perturbatione emulso, quando vovens est juvenis, vel suspectus, & hoc ob majus incontinentiæ periculum vitandum. Ducuntur ex 47. Veniens, qui clerici vel vovens, ubi permittit Episcopo dispensare in voto castitatis in hoc eventu. Atque ita tradunt multi, quos retuli l. 8. de matrimonio, dispensatione 9. num. 24.

34 At regula tradita num. 32. est amplectenda. Quia jure optimo cædi potest non esse Pontificis mentem, velle in tali casu reservare sibi hæc vota: nec est verisimile velle eam, ut anime laqueis irretiret venlerent in tanto periculo. Hanc etiam alii doctrinis similibus adductis, & multis Doctoribus allegatis, eadem disp. 9. num. 22. & ultra Audores ibi allegatos, tenent idem Leonardus lib. 2. de justitia, c. 40. dub. 13. num. 106. Petrus de Ledsima 2. tomo summo, tractatu 10. c. 8. in §. 3. in qua tractat de potentibus dispensare, in 4. dicto fol. 1213. Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, c. 26. num. 9. Et quatuor sequentibus.

35 Non tamen est univèrsaliter tradita vera doctrina reata num. 33. Nec id e. Veniens illam probat. Quippe in illo non dispensavit Episcopus propria auctoritate, sed ex Pontificis commissione, vel ipse Pontifex. Ut bene docent Henricus ibi in §. 3. ubi Joann. Anst. num. 5. Anton. num. 6. Anchar. num. 3. Sylvest. verbo votum a. qu. 1. Gutierrez, quæst. canonice, lib. 2. cap. 22. num. 49. Et ideo jure optimo illam improbat Suarez eodem cap. 26. num. 8. Quod satis indicat syllogismum, qui habet in dispensationibus Pontificis in his votis, allegari semper periculum incontinentiæ vovens. Præterea quia necessitas dispensationis præbet iustam causam, ut superior dispenset, non autem tribuit superior inferiori jurisdictionem dispensandi, quando potest superior reservans ardiri. Ea tamen doctrina admittenda est, quando est Pontifex, qui potest adiri, gravissimum tamen ex mora ad eundem periculum incontinentiæ imminet. Tunc enim verè dici potest non esse facilem, & commodum aditum ad Pontificem. Atque ita docent Sylvest. proximo citatus, Enriquez lib. 6. de penitentia, c. 14. num. 6. in commento, littera P. Et lib. 7. de intelligentia, c. 30. num. 6. in commento, littera B. Nec tunc est opus votum emissum esse ex animi perturbatione. Quia hi Doctores solum vehementer periculum in mora considerant; id enim efficit, ut moraliter censetur non patere aditum ad Pontificem.

36 Atque ob eadem rationes dicendum est, posse quoque Episcopus dispensare in his votis, quamvis non imminet ex mora periculum incontinentiæ, si aliud quodcumque grave imminet: ut magni scandali, vel magni damni tertie personæ. Ut si adstrictus castitatis, aut religionis votis, velit ducere feminam à se deservatam, & expectata Pontificis dispensatione, ingens mutationis voluntatis, aut matrimonii impediendi periculum esset: unde nullam illam remedium deservatam manere confingeret cum honoris iactura. Et favent Sylvest. & Enriquez proxime allegati, qui generaliter de periculo imminente ex mora loquuntur. Et tenet Suarez eodem c. 26. num. 13. ubi bene adhibet aliud exemplum, si esset periculum, ut eo voto adstrictus moreretur absque proli legitimatione, & fortè cum animæ periculo.

37 Atque eadem doctrina extendi debet ad triplicem peregrinationem Pontificis reservata. Si enim urget necessitas postulant dispensationem, nec pre paupertate, aut alia causa potest adiri Pontifex, potest Episcopus dispensare. Quod probavi libro 8. de matrimonio, disp. 9. num. 23. & ultra ibi allegatos, docent Petrus de Ledsima reatus num. 34. Suarez eod. c. 26. num. 10. Qui optimè addit, rarò, aut nunquam eventurum hunc necessitatem dispensandi in his votis casum. Quia necessitati occurrenti potest subveniri non dispensando in voto, sed eius executionem suspendendo: quod potest in ea necessitate efficere Episcopus.

38 Tripliciter tamen solet limitari prædicta ultima regula. Primo, ut in ea necessitate possit Episcopus dispensare quando non est recursum ad Nuntium Apostolicum. Huius Audores retuli ea dispensatione 9. num. 25. Sed cam reprobari cum aliis Doctoribus eadem num. 25. & præter Audores ibi citatos tenent Avila de consensu 2. p. c. 7. dispensatione 1. dubio 6. notabili 4. Suarez eodem c. 26. nu. 15. Quia Nuntius, est si Legatus à latere, in iis solis votis dispensare potest, in quibus potest Episcopus, nec ulla potestate circa vota reservata potitur. Ut num. 14. diximus. At esset vera limitatio, quando Nuntius haberet specialem Pontificis commissionem ad dispensandum in his votis reservatis. Quod ibi probavi eadem disp. 9. num. 25. & tenet Suarez eodem num. 15. Quia tunc necessitas cogens Episcopus dispensare cessat. Quare optimè Leonardus lib. 2. de justitia cap. 40. dubio 13. num. 106. ponens limitationem, nisi recessus esset ad Nuntium, addidit, habentem dispensandi commissionem. Et idem est, si possit adiri quicumque alius eo privilegio gaudens: cum enim tunc eodem modo cesset necessitas ne quibit Episcopus dispensare. Quod probavi eadem disp. 9. num. 25. Et libro 2. de matrimonio, disp. 40. num. 3. contra alios, quos ibi eo num. 8. retuli dicentes in utroque casu posse Episcopus: quos etiam sequitur Avila proxime relat. Sed quod utroque loco dixi, reputo verissimum, & tenet etiam Suarez eod. num. 15. Quia ratio adducta id satis probat.

39 Secundo limitatur ab aliquibus, nisi Episcopus certiorum possit facere Pontificem, & sublevare pauperem eorum, cum quibus dispensandum est, manifestando sumptus ad id necessarios. Ita Vasquez 1. 2. qu. 47. art. 4. disp. 178. c. 2. num. 16. Quia quidem limitatio elio admittetur, dumtaxat procedere, quando sola pauperes absque alio periculo in mora causam huius dispensationis afferret. Quippe huius periculo existenti non consuleretur ministris sumptibus: atque adeo hoc periculo existente potest equè Episcopus dispensare cum divitibus, ac cum pauperibus. Ad hæc limitatio mihi displicet, etiam quando sola pauperes est causa. Quia non video, qua ratione obligandus sit Episcopus ad hæc expensas ministrandas, nec praxis ita servat. Nec aliquis ex multis Doctoribus, quos pro ea regula retuli, huius limitationis meminit.

40 Ultimo, & verisimè limitatur, ut dispensatio ratione huius necessitatis concessa ab Episcopo, sit solum, quatenus ea necessitas postulat. Non ergo potens erit dispensare, ut ille voto religionis, aut castitatis adstrictus, possit eo matrimonio soluto ad aliud transire: nec similiter, ut vitet sacrilegium contra votum castitatis, fornicandum. Quia cum sola necessitas hanc dispensandi potestatem tribuat, casus potestas extenditur, quatenus necessitas postulat. Quod probavi eadem disp. 9. num. 26. & tenet Suarez eodem c. 26. num. 13. Et 24. At poterit dispensare, ut in eo matrimonio petat etiam debitum. Ut bene ait Suarez, eo numero 14. Quia moraliter loquendo non sufficere inventur illi necessitati alio modo. Imò Episcopo dispensante tunc ad incedendum matrimonium, censetur absque alia expressione dispensare ad debitum quoque petendum. Quia dispensatio nomine Papæ, ex interpretativa eius voluntate: at quando Papa dispensat ad incedendum matrimonium, clarum est eo ipso dispensare integrè ad ea, quæ secum afferret matrimonium: quæ sane facultas petendi debiti, & obligatio reddendi. Ex quo fit, ut si soluto eo matrimonio urgeat eadem altera inveniendi necessitas, qualis erat prior, sit necessaria nova dispensatio: quam ob eandem rationem poterit iterum Episcopus concedere.

41 Posterior difficultas est. Quando integrum sit Episcopo dispensare in votis reservatis absolutis, eo quod materia promissa deficit à natura materia reservata. De qua re ea est regula. Quando non promittitur tota materia reservata, sed pars ejus, aut votum non obligat præcisè ad materiam reservatam, aut dispensatio non est circa materiam reservatam directè, sed circa aliquam circumstantiam ead junctam, potest Episcopus dispensare. Quod constat ex corollariis ex hac regula inferendis. Et ratio est, quia cum hæc reservatio sit odiosa, est opus, ut habeat locum concurrere omnia ad eam necessaria, & ut dispensatio fit in ipsa voti reservati substantia.

42 Ex hac regula colligitur primò, posse Episcopus dispensare in voto disjunctivo, cuius sola altera pars est reservata. Ut si quis voveat castitatem, aut continentiam, vel religionem, vel facris initiali: hæc enim posterior pars non est reservata, ut dicemus numero 69. quando res adhuc est integra: quia, scilicet, vovens nondum elegit partem reservatam, ita ut teneatur ad illam. Quod quando contingat, diximus c. 13. Ratio est, quia cum in alternativis electio sit debitoris, satisfaciatur quocumque disjunctiois partem passivam. Regula in alternativis, de regulis iuris in 6. Id votum non obligat præcisè ad rem reservatam: & subinde reservatum non est. Quod probavi lib. 8. de matrimonio, disp. 9. num. 14. Et tenet Azor, tomo 1. institutionum moralium lib. 11. cap. 19. §. 10. Sayro in clavi regis, lib. 6. c. 11. §. 62. Leonardus libro 2. de justitia, c. 40. dub. 13. num. 106. Suarez tomo 2. de privilegio tractatus de voto, libro 6. c. 23. num. 1. & 4. Qui bene addit eo num. 2. secus esse, si esset utraque pars reservata: ut promittit castitatem, vel religionem. Quod per se est notum: quia obligat præcisè ad materiam reservatam, quocumque disjunctiois parte electa.

43 At post electionem materia reservata obligantem jam præcisè ad illam, nequit Episcopus dispensare. Quia est quasi nova voti reservati emissio. Quod etiam probavi eadem disp. 9. num. 14. & tenet Sayro, & Azor, relati n. præc. Suarez eodem c. 24. nu. 3.

44 Quòd si votum non obliget præcisè ad materiam reservatam, ex vovens electio, sed quia pars disjunctiois non reservata est reddità impossibilis, potest Episcopus dispensare. Quia id votum per se, & ex natura sua nunquam obligavit ad partem reservatam, sed præcisè obligavit ad illam consequitur per accidens ex solo facto, seu impossibilitate materia. Et ita docet Suarez eodem cap. 24. numero 4. & 5.

45 Secundo deducitur, quid dicendum sit de materia non reservata, in quam auctoritate Pontificis votum reservatum commutatur. Ut si votum religionis commutetur in jejuniis. Quibusdam placet require Episcopus dispensare in ea materia non reservata. Ducuntur quod subrogatum sapiat naturam ejus rei, cuius loco subrogatur. Licitur C. de rei usucap. actio. Ergo sicut prior materia erat reservata, et ita hæc posterior est subrogata. Alia fundamenta, & Doctores huius sententiæ retuli libro 8. de matrimonio, disp. 9. num. 20.

46 At dicendum est posse Episcopus. Quia per commutationem illam extinguitur etiam prior obligatio voti circa priorem materiam reservatam, & transit in non reservatam, ac proinde est quasi novum materia: non reservata votum. Et ideo hæc partem tenari latius probans, & Doctores adducens, & solvens contraria, lib. 9. de matrimonio, disp. 9. num. 20. Et ultra illic allegatos, tenet Sayro in clavi regis, lib. 6. cap. 12. num. 23. Leonardus libro 2. de justitia, cap. 40. dubio 13. num. 105. Suarez eod. lib. 6. cap. 20. num. 15. & 26. Qui bene eo num. 16. explicat regulam, cui contraria sententia inimitur, ultra aliam duplicem expositionem, quam tradidit ea disp. 9. eodem numero 20. Ut subrogatum sapiat naturam ejus, cuius loco subrogatur, quantum ad id, quod per se, & intrinsecè pertinet ad subrogationem, non verò quo ad qualitates extrinsecas, quæ a lege, & voluntate extrinsecè promanant. Et ideo materia subrogata debet necessario esse apta ad Dei cultum, & cadere sub religionis obligatione: quæ sunt intrinsecè subrogationis: non autem sicut prior est reservata, ita debet esse posterior: hoc enim est subrogationis extrinsecum, promananteque à voluntate superioris reservantis.

47 Tertio deducitur, posse Episcopus dispensare in votis reservatis, quando expressus vovens animus fuit, iis ad solum culpam veniale se obligare, aut ad solum poenam. Quod fieri potest supra diximus. Quia tunc valde à voti perfectione deficiunt, & levissima reputantur.

48 Quarto deducitur, posse Episcopus dispensare in castitatis temporalis voto: ut ad annum, aliudve tempus limitatum. Quia solum castitatis perpetuè votum reservatur: quod simpliciter votum castitatis dicitur. Atque hoc probavi Doctores adducens lib. 8. de matrimonio, disp. 9. num. 6. & ultra ibi allegatos tradunt Sayro in clavi regis, lib. 6. cap. 11. num. 48. Petrus de Ledsima 2. tomo summo, tractatu 10. c. 8. in §. 3. part. ubi tractat, qui possunt dispensare, §. 3. dicto, Leonardus eod. lib. 13. num. 105. Suarez tomo 2. de religione, tract. de voto, lib. 6. c. 22. num. 9.

49 Quod intelligit, nisi votum esset servandæ castitatis centum annis. Quia cum vitam hominis non amplius durare præsumatur, ut probavi lib. 2. de matrimonio, disp. 46. n. 1. id votum censetur perpetuum. Atque ita docet Leonardus ibidem. Quæ ratio probat idem esse dicendum, non solum quando quilibet promittit se centum annis sequentibus servaturum castitatem: sed etiam quando promittit se ulque ad centum vitæ suæ annos eam servaturum. Quippe utroque casu censetur perpetuum, eo quod non amplius vitam durare præsumatur.

50 Quinto deducitur, posse Episcopus dispensare in voto castitatis conjugalis servandæ. Non enim est totius castitatis votum, sed partis: integrum enim huic est inire matrimonium. Atque ita probavi Doctores adducens lib. 8. de matrimonio, disp. 9. num. 7. Quod intelligi, nisi id votum sit adnexum auctoritate Pontificis statui religionis, ut est hodie statui equitum ordinum militarium, præter equites D. Joannis, qui absolutam castitatem vovent. Quia tamquam necessario requiritur ad statum illi religionis, non poterit Episcopus dispensare cum illis equitibus in sua professione illud emittentibus.

51 Sexto deducitur, posse Episcopus dispensare in voto quo alter conjux absque alterius licentia, sive cum illa, promittit se non petiturum debitum. Et idem, quando uterque conjux ex licentia alterius, sive ab illa eo voto se ligavit. Et idem, quando uterque communi consensu promittit se non petiturum, nec redditurum. Quæ probavi eadem disp. 9. num. 8. Et ratio est, quia in his casibus sola pars castitatis promittitur, cum eo matrimonio soluto licet utriusque ad aliud transire, & neuter adulterando peccet contra votum.

52 Si autem votum conjugium sit absolutæ castitatis, potest quinquupliciter fieri. Primum emittendi modus est, quando alter conjux absque alterius licentia castitatem vovit,

Et in hoc casu quidam censent non posse Episcopus dispensare. Quos cum suo fundamento retuli lib. 8. de matrimonio, disp. 11. num. 2. Et ultra Doctores ibi allegatos, tenet Sayro in clavi regis lib. 6. c. 11. num. 52. Alii verò censent posse: quos etiam cum suo fundamento retuli eadem disp. 11. num. 3. At sic distinguendum est. Si id votum sit emissum post matrimonium consummatum, potest Episcopus in eo dispensare. Quia id votum non est omnimodæ castitatis, cum obligare nequeat ad non reddendum. Si autem nondum matrimonium consummatum sit factum, est subdistingendum. Si id fuit animo ingrediendi religionem ad votum implendum, atque vovens scivit non alter se posse id votum implere, quam religionem ingrediendo, nequit Episcopus dispensare. Quia cum censetur velle se ad religionem obligare, quatenus est id medium necessarium ad castitatem tunc servandam, est votum omnimodæ castitatis: & potest, teneaturque tunc illud implere, transiendum ad religionem. At si is animus non adfuit, vel nec de ingressu, nec de opposito cogitavit, vel etiam habuerit tunc animum ingrediendi religionem, voluerit expressè non se obligare ad illam, aut solus adfuit animus ingrediendi ignorando id esse medium necessarium ad castitatem perfectè servandam: potest Episcopus dispensare. Quia cum in nullo horum casuum teneatur hic ad religionem, causa servandi voti castitatis, solum enim animus cum ea ignorantia, aut solum castitatis votum absque eo animo, ad religionem non obligat juxta prohibitionem sententiam; id votum non est omnimodæ castitatis cum absque culpa possit reddere debitum. Quæ omnia latius probavi eadem disp. 11. num. 4.

53 Quod si petas, an possit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum? Sic distinguendum est. Si iam matrimonium consummavit, potest Episcopus dispensare ad petendum debitum. Sicut num. 63. dicimus posse Episcopus dispensare ad petendum cum eo, qui post votum castitatis matrimonium iniecit. Si verò nondum matrimonium consummavit, nequit Episcopus dispensare in casu, in quo juxta dicta num. præc. tenetur ingredi religionem. Quia est votum absolutæ castitatis, & tenetur ille id integrè implere ingrediendo religionem. Si verò non tenetur ingredi, potest dispensare ad petendum: imò in toto voto. Ut dixi num. præc.

54 Secundus emittendi voti huius modus est, quando cum licentia alterius conjugis alter locus continentiam vovit. Et tunc quidam dicunt posse Episcopus dispensare ad petendum debitum; & nil aliud explicant. Hos retuli lib. 8. de matrimonio, disp. 11. num. 5. Et Sayro in clavi regis lib. 6. c. 11. num. 52. dicit posse ad solum debitum petendum. Sed distinguendum est, sicut diximus duplici n. præc. Aut enim id emissum est matrimonio nondum consummato, & animo ingrediendi religionem, sciendo non altere iter in sua potestate implere perfectè votum, sed manendo in saculorum potestate reddere debitum: nequit Episcopus dispensare etiam ad petendum debitum. Quod satis probavi num. 52. At si iam matrimonium consummavit, poterit dispensare ad solum debitum petendum. Juxta dicta num. præcedenti. Si autem id votum est factum post matrimonium consummatum, & animo ingrediendi religionem, sciendo se non altere posse perfectè implere, & volente altero conjugis expressè etiam ad solum debitum petendum dispensare. Quia tacite voluit hinc se ad religionem obligare, & sic est votum perfectæ castitatis. Quod si conjux dans licentiam, volensque requisita facere, mutet propositum, nequit Episcopus dispensare omnimodè in eo voto, utpote quod absolutæ castitatis fuit: ac poterit ad solum debitum petendum, ratione periculi status. Quando verò id votum absque animo ingressus in religionem est factum, potest Episcopus omnimodè in eo dispensare, sive sit factum ante matrimonii consummationem, sive post. Quia cum hic maneat obligatus ad reddendum debitum; id votum non est omnimodæ castitatis, sed partis. Quæ omnia probavi ea disp. 11. num. 5.

55 Tertius modus est, quando uterque conjux continentiam vovit absque alterius licentia. Et tunc idem profus est dicendum, quod diximus in primo casu num. 52. & 53. ob rationes ibi traditas. Quod probavi eadem disp. 11. numero 6.

56 Quartus modus est, quando uterque seorsum continentiam vovit, habita ab altero licentia, non tamen per modum contractus, ac recipere conventionis, facti, ut facti, sed independenter ab alterius voto. Et tunc est omnimodè idem dicendum, quod diximus in 2. casu, num. 54. ob eadem rationes. Quod probavi eadem dispensatione, numero 7.

57 Ultimus modus est, quando uterque communi consensu, & per modum contractus, castitatem vovit. Et tunc aliqui absolute dicunt posse Episcopus in hoc voto dispensare. Alii vero placet tunc posse dispensare ad solum petendum debitum. Audores utriusque sententiæ cum suis fundamentis, retuli eadem disp. 11. num. 8. & 9. At neutra placet: & ideo dicendum est non posse Episcopus dispensare cum his conjugatis, ut matrimonio utantur sine petendo, sine reddendo, nisi quando esset incontinentiæ periculum in alterutro, nec commode Pontifex, aut habens privilegium ab ipso dispensandi in hoc casu, adiri posset, præ